

Quod non obstante quacumque habilitatione, si quis ex Capitularibus, aut aliis quibuscumque Beneficiatis nostrae Ecclesiae praefatae contra possessionem sic jam apprehensam aliquod impedimentum ex supradictis opponere voluerit, ad id admittatur: hac tamen conditione, quod si non probaverit appositum impedimentum, & appositum malitiose fuisse constiterit, & appositum & acerbe puniatur opponens, & voce activa, & passiva perpetuo privatus existat.

Quod si in admissione alicujus Dignitatis, Canonici, Praebendati, Semipraebendati, alteriusve Beneficiati, quicumque ille sit, Secretarius Capituli, aut Canonicus ejusdem ab eodem Capitulo ad id deputatus nomine Archiepiscopi, & Capituli coram possessionem petente, vel ejus Procuratore, antequam ad possessionem admittatur, protestetur, quod si in posterum ullo unquam tempore compertum fuerit, aut alias iuridice constiterit ad possessionem hujusmodi admitti petentem aliquo ex supradictis impedimentis esse infectum, proviso sibi facta cum Literis desuper expeditis, & inde sequuta hujusmodi possessio ab ipsa possessionis die, etiam si postmodum triennalis, vel majoris temporis possessor efficiatur, nullius roboris, & momenti existat, ac Dignitas, Canonatus, & Praebenda, aut Semipraebenda, quartanaria, & quodcumque aliud Beneficium in praefata nostra Ecclesia jam fundatum, erectum, & institutum, aut in posterum in ea fundandum, erigendum, & instituendum per talem obtentum vacet eo ipso, itaut de illo per Romanum Pontificem alteri idoneo, & qualificato conferri possit: ipseque possessor omnes, & singulos fructus, redditus, proventus, & distributiones quotidianas, aliaque emolumenta per eum percepta, tanquam intrusus, & canonico titulo carens restituere, & respondere teneatur, actusque hujusmodi protestationis conficiatur, & a praesentibus, & a petente hujusmodi ad possessionem admitti, aut ejus Procuratore subscribetur, illiusque etiam observantia ab eo jurari debet.

Quod Archiepiscopus curabit, ut officia reliqua praefatae nostrae Ecclesiae provideantur solum personis praefatae sanguinis lae carentibus, nullusque etiam ad ministerium Ecclesiae, & ejus Sacrificia, apti Chori admittatur, qui dicta lae laboret. Circa hujusmodi autem Officialium, & Ministrorum qualificationem sicut informationes, antequam in possessionem Officiorum, seu Ministeriorum mittantur, prout Archiepiscopo magis expedire videbitur. Quod si post adeptam possessionem deprehensum iuridice fuerit, aliquem ex admittis a praefata hebraeorum stirpe descendere, eo ipso provisio qualibet talis officii, seu ministerii, & possessio inde sequuta, nullius sint roboris, & momenti, & eo ipso talis provisio, & possidens privatus censetur, & tale officium seu ministerium alteri committatur, & provideatur tanquam vacans, nec qui provisionem, & possessionem obtinuerat, possit se dicere spoliatum, nec actio de jure

competens spoliatis ei ullo modo suffragetur.

Quod tam Archiepiscopus, quam ejus Commissarii per ipsum nominati ad faciendas informationes (si Sanctissimo Domino Nostro Papa, Sanctaeque Sedi Apostolicae placuerit) habeant omnem jurisdictionem necessariam, quando, quoties, & ubi opus fuerit, ut possint cogere, & compellere Testes ad ferendum Testimonium, & eos ad id vocare, & facere omnia ad hoc negotium necessaria, & super eo procedere per censuras, poenas pecuniarias, & per alia juris, & facti remedia.

Quod supplicetur a Sanctissimo Domino Nostro Papa, & a S. Sede Apostolica, ut non obstante defectu consensus Capituli, illum sine causa iusta multoties denegantis, & differentis, hujusmodi Statutum, prout in illo continetur, dignetur approbare, confirmare, eique robor firmitatis apostolicae adijcere cum clausulis necessariis, & opportunis ad illius plenam observantiam, & executionem. Quae omnia Nos praefatus D. Josephus a Mello Archiepiscopus Ebo- ren. statumus, & ordinamus, ut perpetuis futuris temporibus observentur in nostra Ecclesia per Nos, & per Archiepiscopos Ebo- ren. pro tempore existentes, & dictae Ecclesiae Capitulares sub spe tamen beneplaciti Sanctissimi Domini Nostri Papae, Sanctaeque Sedis Apostolicae, & approbationis, & confirmationis ab eo, & ea concedenda: quod beneplacitum, & approbationem, & confirmationem suppliciter, & humillime petimus. Datum Madriti sub nostri nominis subscriptione, sigillique nostri impressione trigesimo die mensis Augusti Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1623. Antonius Gometius noster Secretarius scribi fecit hoc Statutum, & subscripsit Josephus Archiepiscopus Ebo- ren.

§.3. Cum autem dictus Philippus Rex pro majori Statutorum, & ordinationum hujusmodi firmitate, illa a Nobis approbati, & confirmari summo opere desideret.

§.4. Nos pio ejusdem Philippi Regis desiderio, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de eorumdem Cardinalium consilio, praesentia Statuta, & ordinationes apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adijcimus: ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Decernentes Statuta, & ordinationes, praesentisque Literas semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa quomodolibet concernunt, & concernere possunt in futurum, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quo-

Hujusmodi Statuta confirmari Rex petit.

Confirmat Urbanus.

Clausulas sp. ponit.

Contraria tollit.

Dat. die 20. Martii 1625. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brer.

Cause ferendi Decreti.

Decretum de quo in Rubrica.

a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictae Ecclesiae Ebo- ren. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

CXV.

Ex voto Congregationis Concilii declaratur, in translationibus Episcoporum Ecclesiae vacationem ab ea die esse computandam, qua Episcopus ab ejus vinculo absolvitur in Consistorio.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Cleri Hispaniarum expositum fuit, quod occurrentibus in illis Regnis Ecclesiarum Cathedralium per dimissionem, sive translationem vacationibus, eas non induci praetenditur, quousque Episcopus translatus Ecclesiae noviter obtenta, ac successore dimittente Ecclesiae dimissa possessionem adepti non fuerint: ideoque tam ipsos Episcopos, quam eorum Vicarios interim ordinariam jurisdictionem retinere, eoque sub praetextu, quod cum translationes, & dimissiones hujusmodi de translatorum, & dimittentium consensu fiant, non intelligatur Ecclesia dimissa, neque Episcopus ab illius vinculo absolutus, quousque de hujusmodi consensu non constiterit, de quo minime constare potest, cum a tergo Literarum Apostolicarum non adnotetur, prout fieri solet in expeditionibus Beneficiorum inferiorum, quae sunt per concessum, nec de illo fit adnotatio particularis, de qua Secretarii Consistorialis attestatio haberi queat: unde oritur, quod iurisdicio penes Episcopum translatum, seu dimittentem esse videatur, quousque de tali consensu appareat per aliquem actum positivum subsequentem, qui non nisi ex capta possessione vigore Literarum Apostolicarum hujusmodi resultare poterit.

§.2. Nos inconvenientibus, & litium anfractibus, qui ex praemissis oriri possunt, quantum cum Domino possumus, obviare, ac Clerum hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & singulares illius personas a quibusvis excommunicatio-

nis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, quibus negotium hujusmodi mature, ac diligenter examinandum, & nobis referendum commissimus, consilio, Ecclesiam, a qua Episcopus de suo consensu transfereatur, ab eo tempore vacare, quo idem Episcopus ab illius vinculo in nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis consistorio absolvitur, etiam ante expeditionem Literarum Apostolicarum, vel ad praedictam secundae Ecclesiae possessionem, posteaque vero ex testimonio, seu documento Secretarii sacri Collegii, vel alio modo hujusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit, illico eum ab exercitio ordinariae jurisdictionis abstinere debere, eamque in Capitulum transire, itaut statim Capitulum eadem jurisdictione uti, sedem vacantem publicare, atque Officiale, seu Vicarium ad dicti Concilii praescriptum, constituere possit, & debeat.

§.3. Praesentes quoque Literas perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Clero praedicto in omnibus, & per omnia suffragari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Dat. die 20. Martii 1625. An. II.

valeamus. Nuper siquidem accepimus in Congregatione Sancti Joannis Evangelista sub Habitu, & Regula Congregationis Sancti Georgii in Alga Venetiarum in Regno Portugallia Instituta ab ipsius fere fundationis initio, vel saltem a centum quinquaginta annis in Generalis, & aliorum ipsius Congregationis Rectorum electione Constitutionum illius formam, qua huiusmodi electionem per secreta suffragia omnium ipsiusmet Congregationis Sacerdotum, qui in eadem Congregatione sex annos complevisent, fieri debere disponitur, observatam fuisse: indeque continuam pacem, tranquillitatem, & rectum in ipsa Congregatione gubernium conservatum extitisse: qua forma electionis, si Apostolica Sedis auctoritate perpetuo confirmaretur, uberioribus quotidie fructus pareret, ac inde quieti, & tranquillitati praedictae Congregationis melius consulere. Nos itaque felici praedictae Congregationis conservationi, & incremento, quantum cum Domino possumus, benigne prospicere volentes, non ad ipsius Congregationis, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, formam electionis praedictam, ac eam concernentia statuta, & ordinationes ipsius Congregationis nominatim, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus. Decernentes ea perpetuo observanda, ac valida, firma, & efficacia fore, & esse; Sicque ab omnibus censeari, & ita per quoscumque ipsius Congregationis Praelatos, & alios Iudices ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus, ut electiones Generalis, & aliorum Rectorum praedictorum libere, & secundum Constitutiones supra praedictae Congregationis, ut praefertur, fiant, quod nulla persona tam ecclesiastica, quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, & majori dignitate, & quacumque potestate fungens, quam secularis, etiam quamvis eminenti, & etiam speciali nota digna, potestate, & dignitate praefulgens aliquos ejusdem Congregationis Canonicos, ut ex illis unus in Generalem, vel alii in particularium Monasteriorum Rectores, vel Superiores quocumque nomine nuncupatos eligantur, nominare, vel praesentare, aut quoquo modo proponere, vel quorumvis Canonico- rum suffragia, & vota per alicujus, vel aliorum Canonico- rum, etiam quorumvis benemeritorum, & talibus officiis dignorum favorem per se ipsum, vel per literas, aut interpositas personas exquirere sollicitari, donisve, aut promissionibus cor-

rumpere valeant, sed singulis omnino liberum sit, votum, & suffragium suum ad eum, quem ipsi secundum Deum, & conscientiam suam ad ipsius Congregationis regimen idoneum esse judicaverint, dare: Capitulum vero Generale ipsius Congregationis tempore ab ipsius Congregationis Constitutionibus praescripto, nisi in praecedenti Capitulo generali ob aliquam justam causam aliter dispositum fuerit, semper celebrari debeat, nec ab aliqua persona, etiam, ut praefertur, qualificata aliud tempus praescribi valeat, vel praescriptum differri: Quodque juxta ferre Eugenii IV. Const. Canonici eligant ex Congregatione unum in Praesidem Capituli, qui durante Capitulo in eo resideat; nec aliquis quacumque dignitate, & auctoritate fulgens eidem Capitulo praesesse, vel interesse possit, nisi de speciali nostro, aut Sedis Apostolicae mandato: & quod statim, atque Praelati dictae Congregationis, ut praefertur, Canonici juxta Constitutiones, & Decreta praedicta electi fuerint, electio facta a Scrutatoribus juxta Constitutionem sel. rec. Eugenii Papae IV. Praecessoris nostri in ipsius Congregationis statutis insertam, & semper observatam, cujus tenorem praesentibus pro expresso habemus, publicetur; ipsique Praelati electi statim officia, ad quae electi sunt, gubernari incipiant, nec talis publicatio Praelatorum per quacumque personam, etiam, ut praemittitur, qualificatam quovis quaesito colore, vel praetextu impediri, vel differri possit auctoritate, & tenore praedictis perpetuo statuimus, & ordinamus: ac ut persona praedictae suffragia vocalium quoquo modo, ut praefertur, sollicitantes, aut corrumpere procurantes, privationis omnium officiorum, ac Beneficiorum, quae obtinent, & inhabilitatis ad alia obtinenda, nec non suspensionis a Divinis, si ecclesiasticae persona fuerint, poenam, a qua nisi per Romanum Pontificem absolvi valeant, eo ipso absque alia declaratione incurrant, statuimus, & decernimus. Et insuper, quod Visitatores dictae Congregationis pariter in eodem Capitulo deputentur Canonici illius, qui alias ad hoc idonei fuerint juxta eorundem Constitutionum seriem, nec alius quisquam quavis pariter dignitate, & auctoritate fulgens, nisi pariter de speciali nostro, & Sedis Apostolicae mandato, ipsam Congregationem visitare possit. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac privilegiis, indultis, & Literis Apostolicis quibuscumque personis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi praesentibus pro expressis, & ad verbum infer-

tis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum dilectos filios universos, & singulos ejusdem Congregationis Canonicos suffragantes, nunc, & pro tempore existentes, paterne in Domino hortamur, & monemus, ut in suffragiis ferendis nulla carnis, sanguinis, aut alterius mundani affectus ratione habita, sed solum Deum, & ipsius Congregationis utilitatem praeculis habentes sic procedant, ut talis semper eligatur, qualis Dei obsequiis, & Congregationis ejusdem prospero regimini, ac quieti, & tranquillitati aptus, & idoneus esse iudicabitur. Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 5. Febr. 1596. Pontificatus nostri Anno IV.

Aliisque literis consultis libertati huiusmodi electionis.

Clemens Papa VIII. Alias per nostras in forma Brevis Literas sub datum die 5. Februarii 1596. Pontificatus nostri Anno Quarto expeditas, nonnulla circa electiones Generalis, & aliorum Rectorum, & Praelatorum, ac Officialium Congregationis Sancti Joannis Evangelista sub Regula, & Habitu Sancti Georgii in Alga Venetiarum in Portugallia Regnis instituta perpetuo observanda ordinavimus, & statuimus, prout in eisdem Literis, quarum tenorem praesentibus, ac si de verbo ad verbum inferretur, pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Volentes autem, ut ordinationes, & statuta huiusmodi firmiter omnino, atque inviolate observentur, neque adversus illas quicumque aliquo pacto directe, vel indirecte venire, vel facere praesumant, opportunius providere: Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine, quascumque electiones Generalis, vel aliorum Rectorum, Praelatorum, Superiorum, & Officialium dictae Congregationis contra, & praeter formam dictarum Literarum, praesertim vero ad quarumcumque personarum tam ecclesiasticarum quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, & majori dignitate, & quacumque potestate fungentium, quam secularium, etiam quantumvis eminenti, & speciali nota digna potestate, & dignitate praefulgentium nominationem, praesentationem, instantiam, preces, & intercessionem faciendas, nullas proorsus, & invalidas, irritasque, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini electorum aliquo pacto suffragari, quinimo contra eos, qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monasteria, ipsamque Congregationem, seu alia quacumque officia se eligi, vel assumi procuraverint per se, aut per personas interpositas ecclesiasticas, aut seculares quocumque praetextu, aut colore per ejusdem Congregationis Superiores Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

quandocumque procedi, & rei veritate cognita, condignis poenis in praedictis Literis expressis, & tanquam publice dictae Congregationis quietis perturbatores affici posse, & debere; Similiter etiam, Praesidentem Capituli Generalis, & Visitatores praesentatos, aut electos, seu missos a quacumque persona, ut praefertur, quavis dignitate ecclesiastica, aut mundana quantumvis speciali nota digna, & alia quacumque praeminentia fulgente contra, seu praeter formam nostrarum Constitutionum Praesidentem, & Visitatores nec esse, nec censeri, neque in rebus ad dictam Congregationem pertinentibus procedere, aut aliquid facere posse, vel debere, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate apostolica, tenore praesentium, decernimus, & declaramus. Omnes etiam Canonicos dictae Congregationis acceptantes Generalem, Rectores, Praesidentem, Visitatores, aut alios Officiales praesentatos, seu missos, aut electos contra tenorem nostrarum Constitutionum voce activa, & passiva in perpetuum privamus: Ac insuper Superioribus, & Canonicis dictae Congregationis stricte praecipimus, & mandamus, ut literis, praesentationibus, nominationibus, & commendationibus huiusmodi quarumcumque personarum praedictarum, nequaquam obediant, sed sub praedictis poenis secundum nostras Constitutiones in omnibus actibus Capitalibus omnino procedant: quinimo ipsi Superiores contra transgressores quoscumque graviter, ut praemissum est, omni appellatione remota procedant. Hortamur etiam, & paterne in Domino requirimus, & monemus charissimos in Christo filios Reges, ac dilectos filios nobiles viros Principes, ac Duces, ac alios Magnates seculares, ne in Religioforum praedictorum negotiis huiusmodi praestando, nominando, ac commendando, vel alia contra praesentium tenorem faciendo se intromittant, sed liberam illis electionem, & alia disponendi juxta nostrarum Constitutionum seriem relinquunt. Hanc autem nostram Constitutionem, annullationem, ordinationem, & legem quolibet anno Rector Generalis ante electionem Praesidis secundum ordinem nostrum faciendam publice legi curet, & faciat. Non obstantibus quibusvis Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quae in praedictis Literis volumus non obtinere, ceterisque contrariis quibuscumque: Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii Generalis, & sigillo ejusdem Generalis obsignatis eadem, quae praesentibus ipsis, fides adhibeatur. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Annulo

aut Dignitas etiam major, vel principalis, Canonatus, & praebeata, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad eas consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, si sibi alias canonice per te conferantur, recipere, & dummodo illa omnia uno excepto, personalem residentiam non requirant, infimul quoad vixerint retinere libere, & licite valeant, auctoritate praedicta dispensandi, illisque concedendi, & indulgendi, necnon omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica in dictis facultatibus quomodolibet qualificata, etiam per obitum familiarium tuorum, donec ex causa legationis hujusmodi abfueris, etsi singulorum Beneficiorum praedictorum fructus, redditus, & proventus XXIV. ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem val. ann. excedant, modo, & forma in eisdem facultatibus expressis conferendi, & de illis disponendi, plenam, liberam, & amplam facultatem, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & imperatur.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis, & edendis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, in quibus beneficia hujusmodi forsitan fuerint, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque omnibus, & singulis, quae in dictis Literis volumus non obtinere, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 28. Martii 1625. An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris die 28. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXVIII.

Prohibet, quominus Imagines nondum a Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatorum cum radiis, splendoribus, & laureolis proponantur, vel Tabellae, & luminaria ad eorum sepulchra apponantur &c.

Feria V. die 13. Martii, Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1625.

In Generali Congregatione S. Romanae, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano coram SS. D. N. D. Urbano divina Providentia Papa VIII., ac Illustriss., & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus haereticam pravitatem Inquisitoribus generalibus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Exordium.

Sanctiss. D. N. solite animadvertens abusus, qui irreperunt, & quotidie irreperere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen

Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis; aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia a Deo per eorum intercessionem accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra tabellae, imagines, & res aliae ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

§.1. Volensque proinde hujusmodi abusus, pro debito officii pastoralis, occurrere, re etiam cum Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra haereticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata, ac discussa, declarat, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominum cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque praedicta, & quodcumque aliud venerationem, & cultum praefereens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarantur, & si quae appositae sunt, amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

Prohibet, ne Imagines nondum Beatorum cum Laureolis apponantur.

§.2. Ac pariter imprimi de cetero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii fama, vel opinione, ut praefertur, celebres & vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quaecumque beneficia tamquam intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinceps fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet. Revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supra dicta, quae in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, haecenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Vel eorum gesta typis publicentur sine licentia.

§.3. Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam scissas, atque excultas appendi, aut affigi; & lampades, sive alia quaecumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, facienda, Sedique Apostolicae referenda, ac probanda.

Aut ad eos sepulchra Tabellae, aut Lampades ponantur.

§.4. Declarans, quod per suprascripta, praedicta in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesiae consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicae, vel Ordinarii, coluntur.

Excipiuntur illi, quibus faveret cultus immemorabilis.

Ut

§.5. Ut autem praemissa diligentius observentur, universis, ac singulis, tam Ordinariis, quam haereticae pravitate Inquisitoribus districte praecipit, ut in sua quisque Dioecesi, vel Provincia sedulo pervigilent, ne sine approbationibus praedictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia praedicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant.

Poenas Transgressoribus infligit.

§.6. Transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activa, & passiva, necnon & suspensionis a divinis; si vero Clerici seculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis a divinis, & ab administratione Sacramentorum, executionisque suorum ordinum respective, aliisque arbitrio praedictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpa infligendis poenis plerendo.

Profanum publicis.

§.7. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculperint, seu quomodocumque effinxerint, vel formaverint, ceterique Artifices, circa praemissa qualitercumque delinquentes praedicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus poenis, juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.

Fides danda transumptis.

§.8. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

§.9. Et ne praemissorum ignorantia possit ab aliquo praetendi, voluit, ut Decretum hujusmodi, seu illius exemplum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum Urbis, ac in aede Campi Florae affixum omnes perinde acceret, atque afficiat, ac si unicuique personaliter intimatum fuisset.

Fides danda transumptis.

§.10. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Jo. Antonius Thomaeus S. Romanae, & universalis Inquisitionis Not.

Anno 1625. Indictione 7. Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Anno ejus 2. die vero 4. mensis Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apost. de Urbe, & in aede Campi Florae, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Octavianus Spada Mag. Curs.

Sequitur declaratio praesentis prohibitionis.

Postmodum vero idem Sanctiss. D. N. a quibusdam revocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatae conservare liceret. Sanctitas Sua, quae tantummodo voluit, occurrente abusus, qui irreperere videbatur, certiorum paraviam, ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinae clementiae placuerit

Quomodo Imagines, & Tabellae recipi possint, vel debeant.

admirandis operibus illustrare prius cum Illustriss., & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus communicata, praesenti Decreto declaravit. Quod sicut nunquam prohibuit, nec suae intentionis fuit, prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita, ut nulli deinceps haesitationi locus relinquatur, statuit in praesentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum secularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quicumque detulerit, ac intercessionem hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve praedictorum cura Praepositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia scissas, atque alia quaecumque collata gratia fidei facientia simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus accipere, atque approbationibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservere, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi sanctitatis qualescumque probationes, Apostolicae Sedis judicio tunc examinanda, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Jo. Antonius Thomaeus S. Romanae, & universalis Inquisitionis Not.

Anno 1625. Indictione 8. Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. die vero 30. mensis Octobris, supradicta litera, sive Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apost. Urbis, ac in aede Campi Florae, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

CXIX.

Confirmatio Literarum Clementis VIII. de forma servanda in electione Generalis, Praesidentis &c. Congregationis S. Joannis Evangelistae in Portugallia.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias a se: re: Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro emanarunt Literae tenoris subsequentes videlicet: Clementis Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In eminenti Sedis Apostolicae specula divina dispositione constituti, sic pastoralis nostro muneri invigilare, ac de personarum praesertim ecclesiasticarum stato prospere dirigendo cogitare tenemur, ut villicationis nostrae recte rationem reddere valea-

Clem. VIII. Literae recentur; quibus praecipitur, ut in electione Generalis, Praesidentis, aliorumque Praelatorum Constitutiones Congregationis hujus serventur.

CXVI.

Adhortatio ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ut ipsi, & Christiani omnes bonis operibus muniti, Deum pro pace, & concordia inter Christianos Principes inducenda, & Christiani populi incolunitate assequenda efficacibus precibus exorent.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabiles Fratres, salutem, & apostolicam benedictionem.

Bellorum tumultus per Europam

§.1. Tonitrua ultionis Omnipotentis exterrent Europam, & furentes discordiarum turbine concutiuntur fundamenta Orbis terrarum. Confurgunt Principes indignantes de solis suis, & Nationes ardentis odio sitiunt sanguinem, & ad arma properant. Armata heresis existimans abscondi non posse acceptarum cladum ignominiam, nisi in templorum incendiis, non patitur in Germania conquietere Religionem quamvis clarissimis viris triumphantem; quinimo ostentans faces exitiales, & remota accersens auxilia, tempestates savientis oceani Romani Imperio mittitur. Belgium diuturnis bellis vexatum, ut intestina dissidia coerceat, non potest propria viscera non laniare, eorumque populorum internecionem, quos vellet paterno patrocinio tueri, cogitur appellare victoriam.

Ac per Italiam deplorat.

§.2. Hac regio pacis, & religionis arx Italia, quae exterarum provinciarum calamitates misericors spectatrix lamentabatur, fit hac tempestate campus feditiois, & ea bellorum incendia in Valtellina, finitimisque regionibus, timet excitari, quae non nisi gentium sanguis, & principatum casus extinguat.

Unde periculum est, ne haereticis diffundatur.

§.3. Periculum autem est, ne hac arrepta occasione, pestiferum haereticum virus latius se diffundat, & animorum sanitatem corrumpat contagione impietatis. Quocumque enim animo bellum inter Christianos Principes geratur, non potest tanta moderatione administrari, quin plerumque triumphos sceleri ferat, & naufragia Religionis. Jam vero audaces illae haereticorum minitanti voces audiri sine lachrymis non possunt, qui impiam causam defendere se posse gloriantur framae Dei nostri, id est, potentia Principum Catholicorum. Neque solum haec existimanda sunt damna, quia regionibus vastitatem, & animis perniciem parant, sed quia beatissimos triumphos creduntur adimere hoc tempore Christianitati.

Pontifex in dolore positus pro Dei gloria vitam effundere profectur.

§.4. Haec tam vasta, & tam minax humanarum miseriarum scena, quodnam lacrymantibus oculis Pontificis charitatis spectaculum praebeat, facile conicere poteris Venerabiles Fratres. Tamen neque animum despondemus, qui scimus, Dominum aliquando in tempestate, & turbine delitescere; neque inanibus querimoniis tem-

pus ducimus, qui lamenta viribus destituta putamus haberi potius solatia pereuntium, quam periclitantium auxilia. Accenditur velut ignis zelus noster, & si noster sanguis fortiter fusus opportuna est medicina agrotanti Reipublicae, gaudentes in proprio damno salute filiorum, vitam ipsam pro Dei gloria devovemus. Omnipotentem cordium scrutatorem testamur, Nos Caesarum triumphis anteferre eas Pontificum arumnas, qui digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati, & divinum Pastorem imitantes, animam suam posuerunt pro ovibus suis.

Omneque adhibere curam ad pacem conciliandam

§.5. Cum autem non videatur eiusmodi holocaustis hoc tempore delectari Pontifex sempiternus, ea consilia dies, noctesque meditatur, quae habeantur arma lucis ad profligandum patrem discordiarum. Armatus quidem Ecclesiasticas legiones, ne opus Dei facere negligenter arguamur; at enim eodem tempore nullum pretermittimus officium, quo possit conciliari concordia Regum, & leniri furor armorum.

Hac de causa Card. Barberinum ad Principem legavit.

§.6. Tandem postquam accuratissimis precibus flagitavimus pacem numinis dispendantis gentes, quae bella volunt, decrevimus id remedium adhibere, quod in consimili rerum discrimine non semel peperit incolunitatem Orbi Christiano. Ergo nuper approbante Apostolico Senatu declaravimus Ecclesiae universae pastoralis sollicitudinem Cardinalitia legatione. Selegimus vero Franciscum Cardinalem Barberinum fratris nostri filium. Creditur pontificia consanguinitas non levem auctori publicae causae adiungere auctoritatem: porro autem allegantes eum, quem natura Nobis voluit esse charissimum, videmus luculentius paternum affectum testari generi humano. Nunquam certe Nos ei gravissimum hoc terrarum tumultuantium negotium mandavimus, nisi exploratum Nobis foret, eam illi mentem inesse, ut gloriam Dei, & populorum salutem existimet verum Ecclesiasticorum Principum thesaurum, ac triumphum. Nunc autem ille ad potentissimos Reges proficiscitur, curaturus, ut exoptata Christianae Reipublicae concordia latifecet moerentem Ecclesiam, & propugnacula communitatis publicae incolunitatis.

Hortaturque Episcopos omnes, ut pacem a Deo petant.

§.7. Timida sunt cogitationes hominum, & consilia mortalitatis non raro ludibria existunt, nisi pater luminum cordibus nostris infundat Spiritum sapientiae, & fortitudinis. Quare Venerabiles Fratres in partem sollicitudinum nostrarum vocati, congregate hoc tempore populos, & quasi tubae exaltate vocem vestram. Currat Christiana plebs ad arma iustitiae, muoiatur sacco, & cilicio, quibus lorica salutis conficitur, & distinguens gladium ancipitem orationibus constatum, profliget legiones Inferni, ut potentium Ninivitarum gemitus imitatio leniat iram Dei furoris suo terras arguentis. Tum autem eum orate, ut det verba sua in ore Apostolici Legati, ne pax, quae Christi in Coelum redeuntis testamentum fuit, & haereditas, a filiis discordiarum temere dissipetur.

sipetur. Tutris fortissima nomen Domini: ad hanc confugiant iusti, & fides, quae montes transferre, & maria potest perambulare, sentiet, montes Sion esse in civitate mystica Hierusalem, & Dominum potentem in praelio excubare in circuitu populi sui. Omnipotens Princeps pacis, qui arcum conteris, & confringis arma impiorum, in manu tua sunt corda dominantium, & sub te curvantur, qui portant Orbem: Emitte et thesauris misericordiae sempiternae spiritum charitatis, qui Christianorum Principum voluntates conciliet: effice, ut foederatis potentium viribus, atque animis, in hac altissima terrarum specula canere quam cunctissime classicum caeli, atque uti tanto armorum apparatu ad Regnum Dei propagandum plaudente Concilio iustorum, & triumphante fide orthodoxa. Iustissimi huius voti spem, & fiduciam praebere potest Omnipotens fidelium precibus exoratus, Venerabiles fratres, a quibus pium hoc solatium expectamus: vobisque Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Dat. die 25. Martii 1625. An. II.

Datum Romae apud S. Petram sub Anno Piscatoris, die 25. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXVII.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Declaratio, quod Regnum Portugalliae in legatione Hispaniarum comprehendatur.

Dilecto filio nostro Francisco S. Agathe Diacono Cardinali Barberino nuncupato nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti, ad Charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum nostrum, & Apostolicae Sedis de latere Legato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Urbanus Cardinalis Barberinus Hispaniae Legatus deputaverat.

§.1. Cum Nos nuper te ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, ac universae Hispaniarum Regna, illarumque provincias, dominia, Civitates, Oppida, Terras, & loca eidem Philippo Regi subiecta, & dictis Regni adiacentia, & ad quoscumque etiam Christianos principes, ceteraque alia loca, ad quae te declinare contigisset, nostrum, & Apostolicae Sedis de latere Legatum destinaverimus: tibi, ut Regnorum, ac Personarum, & locorum eorumdem salutem, & statui opera tua confuleretur, certas tunc expressas facultates concesserimus, prout in diversis nostris tam sub plumbo, quam in simili forma Brevis desuper expeditis Literis, quantum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc declarantem esse sub hac Legatione Por-

§.2. Cum autem a nonnullis forsitan dubitari posset, an in praedictis Hispaniarum Regnis, & dominiis ipsi Philippo Regi sub-

iectis, Portugalliae, & Algarbiorum Regna comprehendimus, teque ad illa, & eorum populos nostrum, & ejusdem Sedis de latere legatum huiusmodi, ut praefertur, destinaverimus: Nos ut omnia in, & super praemissis dubitandi, sive aliam quomodolibet haeritandi materia e medio tollatur, opportune providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia nostris, tenore praesentium, declaramus, & in verbo Romani Pontificis attestamus, mentis, & voluntatis nostrae fuisse, & esse, in praedictis Hispaniarum Regnis, & dominiis Portugalliae, & Algarbiorum Regna huiusmodi comprehendere, & comprehendisse, teque ad illa, & eorum populum universum cum omnibus, & singulis facultatibus praedictis, nostrum, & ejusdem Sedis de latere Legatum destinare, & destinasse, ut praefertur.

Regalia quoque Regum comprehendere.

§.3. Praeterea quod in delato tibi per Nos legationis huiusmodi munere erga ejusdem Sedis devotos, & fideles, tam in Portugalliae, quam Hispaniarum Regnis, illorumque provinciis, dominiis, & aliis locis praedictis consistentes, te gratiosum, & benignum vberius exhibere valeas, circumspeditioni tuae, ultra facultates tibi per Nos, ut supra concessas, ut super quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, tam secularium, quam cuiusvis Ordinis Regularium, & aliam quomodolibet qualificarum, de quibus tamen juxta Literarum nostrarum praedictarum tenorem disponere potes, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, tam certis, quam incertis, ac etiam distributionibus quotidianis, quascumque pensiones annuas, non tamen medietatem fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi excedentes, seu eisdem fructus, redditus, & proventus usque ad dictam medietatem loco pensionum earumdem quibusvis personis tibi benevisis, etiam quacumque, quotcumque, & qualicumque Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, & aliam quomodolibet qualificata, etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus apostolicis, in titulum, commendam, administrationem, aut aliam quomodolibet obtinen., & expectantibus, aliisque clericali saltem caractere insignitis, & aliam pensionum huiusmodi capacibus, eis quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus per Beneficia ipsa pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis, ac in locis, & terminis, ac sub privationis, aliisque sententiis, censuris, & poenis ecclesiasticis, necnon vinculis, clausulis, & cautelis in Literis reservationum pensionum huiusmodi apponi solitis, persolvendas, de consensu tamen illorum, qui pensiones ipsas pro tempore solvere debent, auctoritate nostra reservare, constitucere, & assignare; Necnon in provisionibus, seu commendis per te in vim distarum facultatum faciendis cum eisdem personis, ut quacumque duo dissimilia, vel simplicia similia si invicem tamen compatientia Beneficia Ecclesiastica, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut

Pecuniarum ad id eisdem concedit facultates pensiones referendi, & Beneficia ecclesiastica conferendi.

1625.

Ipsi itaque Fratibus presentibus

Urbanus pre- dicitur confir- mat Clemens Literas.

Exequutores Defensoresq; designat.

Piscatoris, die 5. Novembris 1596. Pontificatus nostri Anno V.

§.2. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum Rectoris Generalis, ac Definitorum totius Congregationis predictae Nobis nuper expositum fuit, ipsi plurimum cupiant praesertim Literas huiusmodi pro firmiori, ac inviolabili earum observantia, apostolica nostrae confirmationis robore communiri; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis annuere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur Rectorem Generalem, ac Definitores, universamque Congregationem praedictam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, praesertim Literas huiusmodi cum omnibus, & singulis in eis contentis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus; ipsasque Literas, ac omnia, & singula in eis contenta huiusmodi, perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec non dictae Congregationi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratibus Archiepiscopis, & Episcopis in dicto Regno constitutis, nec non dilecto filio iurium, & spoliatorum Camerae Apostolicae debitorum in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis praedictis Collectori Generali per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, praesertim, & praesentes Literas, & in eis contenta huiusmodi solemniter publicantes, ac in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra, Rectorem Generalem, ac Definitores, & universam Congregationem huiusmodi eorumdem praemissorum commodo, & effectu pacifice frui, ac gaudere; Non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habentibus servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando,

1625.

Contrariisq; derogat.

Dat. die 10. Aprilis 1625. An. II.

CXX.

Indulgentia Plenaria Deum precantibus pro praesentibus Ecclesiae necessitatibus.

URBANUS PAPA VIII.

Universis Christianis praesentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§.1. Divinae misericordiae foribus hoc sacrosancto Jubilaei Anno per Nos reclusis, terribis humani generis hostis, qui spiritualis aedificii ruinam assidue molitur, bellico furori otium reseravit. Perstreperunt ubique arma & populi, quos Christiana charitate ferventes, hoc praesertim tempore, charismata meliora, emulari optabamus, saevis irae flammis incensi, mutuas in clades exardescunt.

§.2. Nos vero, qui omnes paternae dilectione complectimur, Europa fere universa, praecipue autem Italia, quae illibatae religionis studio, iure optimo, gloriatur, ac tutissimum florentis, diuturnaque pacis existit domicilium, casus mirum in modum dolemus, & sanguinem, qui effundi jam coepit, magna nostrorum consequimur copia lacrymarum.

§.3. Quamquam vero tot, tantisque malis opportuna remedia adhibere cupientes, ea, quae officii nostri ratio posebat, humanaeque prudentiae leges monere videbantur, quantum in Domino potuimus, pastoralis sollicitudine providimus, nihilominus fortiora praesidia non nisi a Coelo sperantes, Patrem misericordiarum, quem iniquitates nostrae in iram concitaverunt, contritis, & humiliatis cordibus ducimus adendum, ut in gentes, quae cum non noverunt, non in filios iram suam effundat, ut recordetur, quia caro sunt, nec contra folium, quod vento rapitur, ostendat potentiam suam, ut exortam sedet tempestatem, statuat procellam ejus in auram, & sileant flatus ejus.

§.4. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritu ardore peragatur, ex veteri Ecclesiae Romanae omnium Matris, & Magistrae more in praesentibus necessitatibus ad eisdem Ecclesiae thesauri largam dispensationem pro nostro pastoralis munere confugiendum duximus.

Ita.

Refert bellorum motus in Europa.

Et in Italia exortos.

Ad Deum itaque confugiendum esse censit.

Aperiendos esse Ecclesiae thesauros.

1625.

1625.

Cives Romae ut Dei precibus exortentur hortatur.

Eisque hic praescripta aegritudine, Indulgentiam plenariam elargitur.

Legitima impeditis condit.

Confessariis facultate concedit absolventi a casibus reservatis, & vota commutandi.

§.5. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christianos in Alma Urbe nostra constitutos, auctoritate apostolica, paternae, enixeque requirimus, & monemus, ac in Domino hortamur ad infra scripta devote peragendum, & adimplendum, necnon ad pias, ac fervidas ad Altissimum preces effundendum, ut per viscera misericordiae suae, Ecclesiam exaltare, eamque ab hostium conatibus, & infidiis defendere, haeresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac in necessitatibus huiusmodi subvenire dignetur.

§.6. Nos enim omnipotentis Dei misericordia, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis licet minime suffragantibus, contulit; Universis, & singulis Christianis in Alma Urbe praedicta degentibus, qui solemnem processioni, quam a Basilica Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sanctae Mariae Transiberim, feria quarta sequentis hebdomadae, una cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum, apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoribus, omnibus Praelatis, & Proceribus, universoque Clero, & populo agemus, interfuerint, vel qui eadem hebdomada Basilicam, & Ecclesiam huiusmodi, saltem semel visitaverint, ibique devote, ut supra, Deum oraverint, necnon feria quarta, & sexta, ac sabbato ejusdem hebdomadae jejunaverint, peccataque sua confessi, in quolibet ex dictis diebus, vel Dominica immediate subsequenti, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, quod omnes, & quascumque praesentis Anni Jubilaei Indulgentias, & peccatorum remissiones, poenitentiarumque relaxationes consequantur, quas consequerentur, si omnes Ecclesias ad id deputatas personaliter visitarent, & alia in literis indictionis ejusdem Jubilaei praescripta adimplerent, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§.7. Regularibus autem personis utriusque sexus in Claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam religiosis regularibus in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut Confessarius, quem ut infra elegerint, praedicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, atque injungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt, concedimus pariter, & indulgemus.

§.8. Cupientes autem, omnes Christianos participes fieri huius pretiosissimi thesauri, universis, & singulis utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

terum Confessarium tam secularem, quam cujusvis Ordinis regularem ex approbata dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, & censuris a iure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam Nobis, & Sedi Apostolicae etiam in literis die Coena Domini legi solitis contentis, atque alias per quascumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant. Et insuper vota quaecumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutifera opera commutare; injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in praedictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio infligendis.

§.9. Non intendimus autem per praesentes, qui a Nobis, & Sede Apostolica, vel ab aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu alias in sententiis, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus huiusmodi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§.10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolventi, in certis tunc expressis casibus, ita Rom. Pont. pro tempore existerit reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilaei, Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendo Indulgentiis ad instar, ac quoruncumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium juramento, confirmatione apost. vel, quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae

Excipit excommunicationem ab homine latam.

Obstantia tollit.

Transumptis quoque credi jubet.

Dat. die 1. Apr. 1625. An. II.

munitis eadem prorsus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Aprilis 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Inquisitori Portugalliae facultas conceditur ad quinquennium absolvendi Neophitos relapsos Provinciarum, & Insularum transmarinarum Regi Portugalliae subiectarum.

Ven. fratri Ferdinando Episcopo olim Pharaonen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Sedes Apostolica pia mater Sanctorum Apostolorum, qui pastoralis officii formam tradentes nascentis Ecclesiae infantiam lacte provectam vero ejus aetatem solido cibo nutriverunt, verbo, & exemplo edocta Neophitorum omnium a suscepta Christi fide deviantium statui, & imbecillitati libenter compatitur, ac illos tamquam parvulos, & teneras dictae Ecclesiae plantas, pietatis, & benignitatis suae uberibus confovendo, nonnulla eis etiam post relapsum condonat, & remittit, quae in provectionibus merito essent acerbius corrigenda, & punienda.

Causae concedendae facultatis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, & Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, quamplures Provinciarum, & Insularum transmarinarum pro tempore existentis Portugalliae, & Algarbiorum Regis temporali ditioni subiectarum Incola, & habitantes de gentilitatis, & Infidelitatis errorum tenebris ad veri luminis, qui est Christus, cognitionem noviter conversi, ac sacri Baptismatis lavacro abluti ex mutua inter se, ac etiam indiscreta eorum cum aliis gentilibus, & infidelibus conversatione, vel aliis humani generis antiqui hostis fraude a fide catholica deficiant, & quandoque ad eam reducti in pristinos gentilitatis, seu infidelitatis errores, ac etiam in alias a Sancta Ecclesia damnatas, & reprobatae haereses, atque superstitiones relabuntur; sed postmodum cognitio suis erroribus maxima contritionis signa nunquam amplius ab eisdem fidei sinceritate discedendi propositum praesentibus eidem sanctae matri Ecclesiae reconciliari summopere desiderant, & pro illorum salute plurimum expedit, ut sic poenitentes, benigne recipiantur, nec curiae seculari propter illorum relapsum iuxta juris rigorem debita animadversione puniendi relinquuntur, ac desperatio veniae eos ad pristinam perditionem faciat recidivos,

ipsique, ac alii gentiles, & infideles metu corporalis supplicii ab eorum futura ad Christi fidem conversione retrahantur.

Concessio facultatis, de qua in Rubrica.

§.2. Nos illius, qui misericors, & miserator existens non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat, vices gerentes in terris pro ea potestate, quam ab eo per filium suum habemus, juris rigorem mansuetudine temperando, noviter conversos praedictos, ne iacta in eis fidei praedictae semina arescant, aut diaboli malitia eradicentur, sed benignitatis dictae Sedis ratione aspersa coalescant, ac firmis radiibus stabilita incrementum suscipiant, & usque ad perfectionem perdurent, omni, qua possumus, clementia prosequi, & confovere volentes, piis ipsius Philippi Regis in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, cum tu haeretica pravitate in Regnis praedictis generalis inquisitor existas, ac pro tempore existenti in Regnis huiusmodi generali inquisitori, ut durante quinquennio a die, quo praesentes literae tibi fuerint praesentatae, computando, per te, vel alium, seu alios haeretica pravitate in eisdem Regnis, & Provinciis, & Insulis pro tempore deputatos inquisitores, adjunctis etiam locorum Ordinariis, vel illorum officialibus, seu vicariis in spiritualibus generalibus, aut illis recusantibus, seu negligentibus, etiam absque illis, omnes & quoscumque utriusque sexus Regnorum, Provinciarum, & Insularum huiusmodi neophitos ex gentilibus, & infidelibus originem ducentes, qui post Christi fidem per eos susceptam in crimen apostasiae ab ipsa fide, vel in damnatas, & reprobatae haereses, & errores, semel, & iterum, vel etiam tertio, non tamen ulterius relapsi fuerint, cognita in eis vera, & non ficta, ac simulata poenitentia, nec non apostasia a fide, & haeresibus, ac erroribus huiusmodi prius per eos publice, vel privatim, prout tibi, & pro tempore existentibus generali, seu aliis inquisitoribus praedictis videbitur, detestatis, abjuratis, & anathematizatis, a sententia excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris, & poenis, quas propterea quomodolibet incurserunt, vel quae contra ipsos per sacra Constitutiones tam generales, quam particulares, quomodocumque statuta, ac alias promulgatae fuerint, iniuncta eisdem pro modo culpa aliqua poena arbitraria, vel alia poenitentia salutari, quam iis, qui secunda, & tertia vice relapsi fuerint, aggravari volumus, auctoritate nostra in utroque foro in forma Ecclesiae consueta absolvere, & liberare, atque ad eisdem Ecclesiae gremium recipere, & admittere, ac tam etiam traden. curiae seculari propter primum, secundum, tertiumque relapsum huiusmodi a jure statutum, quam etiam alias corporales, & capitales, ac confiscationis omnium bonorum, & ceteras quascumque talibus delinquentibus inflictas, & irrogatas poenas ipsis misericorditer remittere, & condonare libere, & licite possitis, & valeatis auctoritate apostolica tenore praesentium de

Derogatio Contractorum.

Dat. die 22. Aprilis 1625. An. II.

de speciali gratia indulgemus: tibi, ac generali, & aliis inquisitoribus praedictis plenam, & liberam desuper facultatem, auctoritatem, & potestatem ad dictum quinquennium dumtaxat duraturam tribuimus, & impartimus.

§.3. Non obstantibus praemissis, & apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, & generalibus Conciliis editis constitutionibus, & ordinationibus, nec non legibus etiam municipalibus, & imperialibus, ac Officii Inquisitionis Regnorum, Provinciarum, & Insularum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan., & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inseriti forent, praesentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

Sequitur declaratio, quod quinquennium currere incipiat a die publicationis praerelatarum Literarum apostolicarum.

Ven. fratri Ferdinando Episcopo olim Pharaonen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Recessurus praecedens litera.

Causae faciendae declarationis.

§.1. Hodie a nobis emanant Literae fraternitati tuae directae tenoris subsequents videlicet, a tergo Ven. fr. &c. intus vero Sedes Apostolica &c.

§.2. Cum autem, sicut charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, & Algarbiorum Regis Catholici nomine nobis nuper expositum fuit ob periculosam, & longam navigationem ad Provincias, & insulas supra expressas verendum sit, ne antequam in illis praesentiae literae publicentur, magna pars quinquennii in eisdem praesentis literis praefixi elabatur, & propterea dictus Philippus Rex cupiat, tempus dicti quinquennii non currere, nisi a praedictarum literarum in illis partibus publicatione; Et ideo nobis humiliter supplicari fecerit, ut super hoc opportuna declaratione providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis votis, ac precibus annuentes, volumus, & harum serie declaramus, tempus dicti quinquennii a die publicationis faciendae in partibus tantum currere incipere. Non obstantibus omnibus illis, quae in eisdem praesentis literis volumus non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1625. Pontificatus nostri anno secundo.

CXXII.

Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini in Hispania, & Indiis, ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradus promovendi, ab Examinatoribus in Capitulo Generali a Priore Generali deputandis examinentur, ut Magistratibus exemptionibus, & dignitate gaudere possint: Cum extensione Constitutionis Clementis VIII. qua sublata fuerunt vota ex gratia concessa in Capitulis Provincialibus in quibusdam Provinciis Hispaniarum, & Indiarum, ad omnes Provincias Italiae.

De numero, electione, & qualitatibus Magistrorum sacrae Theologiae in Provinciis Italicis eligendorum statutis Gregorius XIII. Const. CL. Dominicum. Tom. IV. Par. IV. fol. 33. Et de his Fratribus vi de Alexand. IV. Const. XXIX. Licet, Tom. III. fol. 373. Praeterea scias ordinationes Congregationis Siciliae approbasse Paul. V. Constit. CCLXVI. Exponi, Tom. V. Par. IV. fol. 222.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in sacra B. Petri Sede a Domino constitutus, ex iuncto sibi munere, religiosos viros, qui stratis huius seculi vanitatibus, divini muneris obsequiis sub suavi Religionis iugo sese manciparunt, praecipua benignitate complectens, in his, quae prospere, felicique eorum directioni conducunt, sedulo invigilat: quae vero in hoc impedimento esse dignoscuntur, pastoralis sollicitudine tollere procurat, prout conspexit in Domino salubriter expedire.

§.1. Cum itaque (sicut accepimus) multi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum Religiosi doctrina, & meritis sufficientibus carentes, nimisque Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia graduum in eisdem Provinciis consequendorum ambitione ducti, partim ad Universitates Studiorum generalium, in quibus ad gradus huiusmodi suscipiendos levissima sunt examina, studiose recurrant, partim vero ne huiusmodi quidem examina apud ullam Universitatem subeant, ac alii, etiam minus legiti-

Declaratio, de qua in rubrica.

Dat. die, annoque eodem.

Exordium.

Causae ferendae Constitutionis.